



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Promissio

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

conditionis melioris. Sed me citato mordicus affirmativam sententiam cœtur Lugo de iust & iur. tom 1. disput. 9. sect. 3. in Appen numero 54. ubi latè probat ex obligatione charitatis, & iusticiæ non pollic Regulares expellere Novitium à Religione, absque iusta causa. Et ad principale fundamentum negativa sententia responderet, quod licet Novitius posit absque gravi peccato ex levitate discedere, non tamen posse ex levitate dimitti absque causa: neque hoc est contra æqualitatem huius quasi contractus quia Religio possit absque causa maximam notam Novitio inure reum dimittendo: Novitius autem non potest excludere eam moram Religioni, inutere: non enim imputatur dedecori Religioni, quod aliqui Novitiis retrocedant: sed ipsi sibi Novitios, qui perseverare non potuerunt. part. 7. tract. 11. resolut. 26.

## P R O M I S S I O.

Promissio i. **P**romissio, est datio fidei deliquid: berata, vera, & spontanea, de relicta & possibili. Promissio metu An prodi- extorta non patit obligationem, ut di- gta obligat? Etum est V. Metus, numero 4. Et promissio de re illicita similiter. **V**ade promissio prodiga, de dando v.g. meretrici centum auricos, non obligat, nisi ad quantitatem, in qua nulla esset prodigalitas, etiam si sit iurata, ut diximus V. Iuramentum, num. 12. tr. 4. ref. 27. Et aliqui dicunt, omnes promissionem quæ sit meretrici, secluso iuramento, esse invalidam, & non obligare, etiam post actum turpem: quia vsus corporis, qui venditur, est intrissecè malus. Vide V. Moretrix, num. 2. ibid. in fine, & par. 2. t. 16 ref. 38.

**E**t anobligat in conscientia? **P**romissio si sit Deo, obligat etiam interna. Si autem hominibus probabile in primis est non obligare antequam acceptetur. Accepta vero legitime dicitur, quando, quis, cui aliquid promittitur, vel significat se acceptare:

vel præsens facit nam in favorabilibus, qui tacet consentire videtur. Cruz pars. 1. pr. 7. a. 1. dub. 1. concl. 1. part. 3. tr. 5. ref. 116. infine. Qui autem promissionem legitime acceptat non servat, peccat mortaliter, ait Vasquez in p. disp. 85. cap. 6. numero 4. quia lèdit iusticiam legalem, quæ ad bonum convictum & societatem humanam disponit servanda esse promissa: & talis promissio est vere pactum, quod qui non servat, potest excommunicari, c. 1. de p. 1. Sed quamvis hoc verum sit, si ex non servata promissione detrimentum aliquod eveniat certatio, à privatione rei promissæ distinguuntur, hoc tamen secluso, probabilis est opinio Meratii tom. 2. de iust. & iure disp. 19. sect. 10. quod acceptata promissio non servans, peccat solum venialiter: quia non servate fidem in promissis, non est contra iusticiam, sed contra fidelitatem: estque solum mendacium, quod si non est perniciosum, non est mortiferum. p. 2. tract. 17. ref. 9. & p. 4. tr. 4. ref. 12. 2.

Ex quo à fortiori sequitur, probabilem & in prædictam esse sententiam Sanchez de matr. tom 1. lib. 1. disp 9. num. 5. quod promissio facta, secluso damno emergente, &c. non obliget in conscientia, quia promissio est quædam veluti lex, quam sibi promitterens imponit: lex autem non obligat, si legislator nō vult. Sed Vasquez & Pontius, ille disp. 6 de matr. cap. 3. hic lib. 2. cap. 4. mordicus docent, promissio quædam externam alteri insinuatam inducere naturalem obligatiōnem servandi promissum, quam non potest tollere fallax voluntas. Vnde dicimus V. Stuprum. num. 3. deflorantem virginem sub facta promissione coniugii, teneri illam ducere, etiam si sit vilioris conditionis. par. 3. tr. 4. ref. 20. 5. Ait etiam Turrianus in select. part. 1. disput. 29. dub. 6. non posse Regem absque iusta causare revocare promissionem futuræ successio- nis in Prorege v.g. Sed ego existimo, Regem in tali promissione nolle se obligare in conscientia, & ideo contrarium tenendum esse. Quamvis ex maiestate Principis esset, & ideo in prædicta consilendus

## Professio.

773

fulendus sit promissa servare. p. 5. tr. 14. re.  
74. Quid autem dicendum, si fuisse pro-  
missioni accedit iuramentum, diximus  
V. Iuramentum, n. 10.

*Aut non acceptata?* 4. Ceterum, licetius civile irritet  
promissionem non acceptatam: nihilo-  
minus Molina de ius. s. m. 2. tr. 2. disp. 261.

num. 16 contra Sanchez disp. 7. num. 24.  
probabilitate putat, in conscientia obli-  
gare, ratione iuris naturalis, ex quo in-  
fert contra Layman lib. 3. tract. 4. cap. 1.

*Nse mani- festata?* num. 9. quod in ea uspiis inducat ita-  
tim obligationem, etiam in fato exter-  
no, quia ius canonicum nihil circa hoc  
statut, & solemnitates iuris civilis in  
concrectibus piis non requiruntur part.  
3. tr. 5. ref. 107. Et probabilis etiam est  
opinio Sotil lib. 4. quæst. 5. art. 1. ad. 1. quod  
etiam promissio interna statum facta  
est, obligationem inducat in conscientia,  
etiam si sit de re prophana. Ex quo  
inferr Mendoza lib. 1. de pact. cap. 4. num. 8.  
quod si cui constet, aliquid sibi promis-  
sum esse, quod in iudicio postulare non  
potest, posse occulte sibi compensare.  
Vide etiam Sanctatellum par. 1. q. 66. nu.  
49. p. 5. tr. 5. ref. 116.

*An promis-* 5. Prominentes eleemosynam cui-  
tens ele- dampauperi, secundum Sanchez in sum.  
mosynæ cer tom. 1. lib. 4. cap. 49. numero 6. dare potest  
to pauperi, alteri pauperiori, ceteris paribus, non  
possit eam tamen applicare sibi, licet pauperi; quia  
alteri pra- cleemosyna est omnia ad alterum. par.  
beri? 5. tractat. 8. resolutione 37. Ad quid ce-  
natur promittens rem indetermina-  
tam in numero, pondero, mensura, Vide  
verb. *Vox obligatio.*

## P R O R E X.

*Prorex in nominatio-* ¶ Præterea, quæ dicta sunt verb.  
ne officia- Princeps, & alibi de Principe in ge-  
lium tene- nere, hic de Prorege nonnulla dicenda  
tur nomi- sunt in particulari. ¶ Eprimd.

1. Prorex tenetur nominare Regi-  
digniores pro electione officialium fa-  
ciendariam communis opinio cum Au-  
guiano de leg. lib. 2. controv. 8. numero 30.  
& 33. tenet, ipsosmet Reges tenetia ad  
Summa Diana.

officia etiam secularia, quemadmodum  
ab beneficia eligere digniores, ut pro-  
batur ex text. in auth. ut iud. sine quoque  
suffrag. & eos autem, coll. 2. Auth. de defens.  
civitat. in princip. vers. interim, & l. acri-  
benda, C. de datur. lib. 10. sive enim officia  
conferantur ut quæra, committi de-  
bet melioribus, iuxta cap. licet ergo, &  
cap. unico, ut Eccles. benef. sive conferan-  
tur ut bona, & honorcs, ex iustitia dis-  
tributiva dispensari debent iuxta cu-  
iusque dignitatem, præferendo melio-  
res & digniores: quamquam hæc ini-  
uria cum non sit contra iustitiam com-  
mutativam, ad restitutionem non obli-  
get, obligat tamen in priori casu, quia  
iustitia commutativa versatur etiam in  
ter Principem & Rem publicam, cui v-  
tilior minister adhiberi debet, & non  
est paritas de economo, qui potest eli-  
gere ad opera dominis sui minus dignos:  
quia huic commissum est, quætere so-  
lum sufficiens: Rex vero constitutus  
à Republica cum pacto, ut in eius mini-  
sterium eligant digniores. Vide Villalo-  
bostom 2. tract. 8. diff. 6. num. 6. part. 9. tr. 7  
refol. 7.

Et dato, quod Reges possint ad offi-  
cias secularia eligere minus dignos, &  
probabilis sit opinio contraria Vasquez  
(vt verb. *Election.* 1. probabilem illam  
admisimus) adhucramen Proreges te-  
nentur in propositione nominare dig-  
nissimos: nam talis presumitur Regis  
voluntas, qui si velit minus dignum eli-  
gere, id ex suo arbitrio, non ex Prore-  
gis instinctu facere voler. Quapropter  
Proreges omittendo in talis nominatio-  
ne digniores, peccabunt, etiam si semel  
id facient. Et sic docet Hurtado de  
*Incarnatione*: disputat. 12. sent. 15. subiect. 5. S.  
250. & 251. & Aponte de pot pro reg. de 2-  
lect. sive tit. 5. §. 1. numero 6. Et a fortiori  
procedit in nominatione Episcoporum,  
Abbatum, &c. (¶ sed vide verb. *Benefi-  
cium* num. 11. Quod autem Proreges  
non possint pro tali nominatione pecu-  
niam accipere, docet Fernandez de  
Mendoza dub. 3. de tradit. part. 6. tract. 6.  
refol. 2.

2. Secundò, Proreges non possunt

CCCCC pre